



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

Sandini, Antonio

Bambergæ, 1753

CX. Marinus I. Anno Christi 882. Caroli Crassi 3. Balilii Macedonis 16.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

non rejicerent: Photii restitutio confirmata: statutum denique, hanc Photianam Synodum habendam esse pro Synodo Oecumenica VIII. Atque hæc Legatos Apostolicæ Sedis, qui aderant, tulisse tacitos ferunt. *Etenim ad omnia, & præ omnibus ab eo (Photio) ut muta pecora ducti sunt, magna cum Sedis Apostolicæ ignominia, nunquam tam sordida, tamque indigna ab Apostolicæ Sedis legatio missa fuerit, si vera esse dixerimus, & non conficta sunt à Photio, quæ in sua Synodo Constantinopoli celebrata hoc anno leguntur.* Baronius ad an. 879. §. 62. Subjicit idem §. 72. *Cui Synodo non, sicut in communitorio jussi sunt, præsidere Legati Apostolicæ Sedis, sed Photius semper primo loco legitur præfuisse, assistentibus Legatis Apostolicæ Sedis. Hanc Græci lambunt, hanc venerantur, & ut divinum quoddam oraculum observant atque custodiunt.*

CX.

MARINUS I.

ANNO CHRISTI 882.

CAROLI CRASSI 3. BASILII

MACEDONIS 16.

MARINUS I. seu Martinus II.
Palumbi filius, Hetruscus, Ro-

ma

manæ Ecclesiæ Archidiaconus, ter
 Constantinopolim legatus, primùm Bar. an. 882. §.
 à Nicolao Magno, iterum ab Ha- 10. 11.
 drianò II, tertio ab Joanne VIII; 22.
 quo die in hujus locum inauguratus Pag. §. 8.
 fuerit, parum constat. (1) Sub exi- 9. 10.
 tum Decembris iniisse Pontificatum,
 traditur. Illud autem pro certo po-
 nitur, & legitimum fuisse Pontifi-
 cem, (2) & Photium ab eo dam- Bar. an. 883. §. 1.
 natum anathemate: Formosum verò
 Portuensem, cui Joannes VIII. Epi-
 scopatum abrogaverat, restitutum in
 locum suum, factâ etiam potestate
 Romam repetendi. Anno 884. exiisse Bar. an. 884. §. 1.
 è vita, palam est; quo mense aut die, Pag. §. 1.
 non item. Hinc tempus Pontifica-
 tus ejus incertum. Nonnulli con-
 jecturas secuti, mense Majo vitâ
 functum, per annum & menses quin-
 que Pontificem fuisse existimant.

ANNOTATIONES.

(1) Papebrochius in Conatu apud Bol-
 land. tom. 8. Maj. pag. 142. num. 5. *Ve-*
rum nomen hujus Pontificis Marinus fuit,
ni & alterius, qui centum post hunc an-
nos Sedem Apostolicam tenuit, Marinus II.
Quia tamen Martini eos appellârunt po-
steri, & eum, qui secundus hujus nomi-

Hh 3

nis.

nix erat, dixerunt Quartum, & sic deinceps Quintum, placuit morem eundem saltem notare in titulo.

Pagius ad an. 882. §. 10. *Marinus à recentioribus scriptoribus Martinus II. appellatur, sed non discedendum ab Antiquis, & à Catalogis Pontificum Romanorum, in quibus semper Marinus nominatur. Vide annotat. 1. ad Martinum IV.*

(2) *Basilus Imperator in epist. ad Hadrianum III. Marini successorem, quæ Hadriano vitâ jam defuncto, reddita est Stephano V. contendit, Marinum, quod esset Episcopus alterius Ecclesiæ, non potuisse ad Romanam transferri, ideoque vitio creatum Pontificem fuisse. Stephanus in epistola ad eundem Basilium, quæ est in Annalibus Baronii ad an. 885. §. 9. & in Conciliis Labbei tom. 8. pag. 1391. & tom. 9. pag. 366. negat, Marinum, antequam Pontifex fieret, Episcopum fuisse: quod etsi concederet, tamen licuisse summum ei Sacerdotium dari.*

CXI.

HADRIANUS III.

ANNO CHRISTI 884.

CAROLI GRASSI 5. BASILII
MACEDONIS 18.

HADRIANUS III. Benedicti
filius, Romanus, quem Agapetum